

**Dissertatio medica inauguralis, de vaccina ... / Eruditorum examini subjicit  
Bernardus M'Dermott.**

**Contributors**

M'Dermott, Bernard.  
University of Edinburgh.

**Publication/Creation**

Edinburgi : Excudebant C. Stewart et socii, Academiae typographi, 1803.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/dxa5bn6f>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

---

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

*VACCINA.*

---

Dissertatio Medica

De Malostrane.

et

Naccina

DISSERTATIO MEDICA,  
INAUGURALIS,

DE

VACCINA.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu;

Et NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

BERNARDUS M'DERMOTT,

HIBERNUS,

CHIRURGUS,

ET DECIMÆ SEPTIMÆ LEGIONIS MILITIÆ HIBERNICÆ  
CHIRURGUS SECUNDUS.

Ad diem 24 Junii, horâ locoque solitis.

---

*Quod potes, id tenta; nam littus carpere remis,  
Tutius est multo, quam velis tendere in altum.*

CATO, DISTICH.

---

EDINBURGI:  
EXCUDEBANT C. STEWART ET SOCI,

ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

---

1803.

350337

ДОЧЕРЬ ОИСЛА ДАВИДА  
СЫНЬЮ САМУИЛ  
ИЗРАИЛЯ

## ДАЧА ВОЛХОВ

1882-83

Сборник статей по археологии

и истории древней Греции и Италии

издаваемый Академией наук Франции

комитетом


издания Академии наук Франции

и Академии наук Италии

## ДАЧА ВОЛХОВ

Сборник статей по археологии и истории

древней Греции и Италии



NOBILISSIMO;  
THOMÆ  
MARCHIONI DE HEADFORT,  
DECIMÆ SEPTIMÆ LEGIONIS  
MILITIAÆ HIBERNICÆ,  
PRÆFECTO, &c. &c. &c.  
  
HAUD IMMEMOR BENEFICIORUM,  
VIR ILLISTRIS!  
QUÆ IN ME CONTULISTI,  
VOLUI HOC OPUSCULUM  
STUDIORUM MEORUM PRIMITIAS  
TUO NOMINE INSIGNITUM,  
GRATI ET DEVINCTI ANIMI INDICIO  
TIBI FORE.  
AUCTOR.

Digitized by the Internet Archive  
in 2020 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b31878179>

NEC NON

GEORGIO STEWART,

REGALIS COLLEGII CHIRURGORUM DUBLINENSIS

SOCIO,

HIBERNIAE

CHIRURGO GENERALI, &c. &c. &c:

HOC OPUSCULUM QUALE CUNQUE SIT

ANIMI HAUD INGRATI PIGNUS

DAT, DICAT, CONSECRAT QUE,

AUCTOR.

915.200

## GEORGIOS STEVARTI

ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ ΚΙΝΩΝΟΥ ΔΙΑΝΟΙΑΣ

1900

ΕΛΛΗΝΙΚΗ

ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ ΚΙΝΩΝΟΥ ΔΙΑΝΟΙΑΣ

ΗΟΟ ΑΙΓΑΙΟΝ ΕΠΑΡΧΙΩΝ ΔΙΑΝΟΙΑΣ

ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ ΚΙΝΩΝΟΥ ΔΙΑΝΟΙΑΣ

ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ ΚΙΝΩΝΟΥ ΔΙΑΝΟΙΑΣ

ΕΛΛΗΝΙΚΟΝ

DISSE R TAT I O M E D I C A

I N A U G U R A L I S ,

D E

V A C C I N A .

---

AUCTORE BERNARDO M'DERMOTT.

---

P R C E M I U M .

EX temporibus etiam antiquissimis hominum  
folertia in ærumniis, quibus vita obsidetur le-  
vandis, indefinenter nec inutiliter occupata fuit ;  
dura enim fortis necessitas, et innumera quibus  
obnoxii sumus mala, mentis vires exfuscitarunt  
et ingenium feliciter exercuerunt. In medi-  
cina præsertim, ubi morbi, prius inauditi haud  
raro sese ostendunt, novaque remedia exposcunt;

A

ad

ad facultates animi excitandas latissimus campus patet. Hoc de variolis verum est, quæ medicos remotiores omnino latebant; de iis enim omnes silent: hisce autem sæculis, dirissimis signis fæse manifestaverunt, ubinam enim non stragem ediderunt? Hujusmodi quoque morborum, lues venerea notissimum exemplum præbēat, quo morbus non alter (priusquam hydrargyrum, ei remedium inventum fuit,) generi humano infestior; nec desperandum est, medicinam altius exultam, morbis nunc immedicabilibus obviam ituram. Intra omnia hujus sæculi vel priorum, medicinæ additamenta, scientia vaccinæ, utrum in animo habeamus variolis obviam ire, vel forsan a terra, morbum tam lethalem exulare, non tantum gratissima sed etiam humano generi utilissima videtur. Non immerito igitur, tantam omnium, et præsertim medicorum curam vindicavit, et adhuc sibi vindicare non desit. Quam felix enim parentibus, quam reipublicæ utile, morbum tam lenem et innocuum variolis tandem supersedisse! Matres,

non

nōn in posterum lugebunt ut olim, dulces liberos suos, variolis trucidatos ; sed gaudebunt et vita et pulchritudine eorum servatis.

## HISTORIA MORBI.

Per ignotum temporis spatium in Angliæ parte occidentali ruricolis innotuit vaccinam vires antivariolos possedisse, et in nonnullis Hiberniæ locis quoque extitisse compertum est. Jennerus Glocestriensis, solertis ingenii medicus, primus palam mundo protulit, ante cujus experimenta luculenta, lactariis et veterinariis vicinis tantum cognita est. Hic propter solertiam qua naturam vaccinæ prosecutus est, et felices exitus, qui votis omnium responderunt, immortalem honorem omnium consensu merito adeptus est, et senatus tantorum in genus humanum meritorum conscientius laborem ejus quam optime auspicatum decem millibus minarum remunerauit. Nil mirum nova, in rem medicam indu-

centem

centem initio suspicari, multi igitur a variola-  
rum viribus, vaccinam non per totam vitam  
homines immunes servaturam, credebant. Sed  
periculis iterum iterumque factis nunc satis con-  
stat, homines a viribus variolarum per vitam ser-  
vasse, et nunc in Anglia, Scotia, Hibernia,  
Germania, Gallia, et aliis omnibus Europæ re-  
gionibus, et sane ubique fere terrarum, hic mo-  
dus inoculationis cum maximo successu et etiam  
fine periculo usurpatur.

## SIGNA IN VACCIS.

Ut nil utilius et magis necessarium videtur  
quam hunc morbum ab omnibus aliis quibus  
vaccæ proclives sunt, dignoscere, sequentia sig-  
na, a Jennero enumerata, recensere convenit.  
Hic morbus vere præfertim pluvioso frequentior  
evadens, ubera vaccarum tumoribus pustulosis,  
primo cœrulei vel sublividi coloris, materiem  
valde acrem continentibus, afficit, quæ nisi tem-  
pestiva

pestiva remedia adhibita fint, in ulcera sanatu difficultima abeunt. Vaccæ ægrotant, pabuli desiderium æque ac lactis secretio minuuntur. Alii morbi pustulares vaccæ hoc multo leniores sunt, et hic inflammatione erysipelatosa et duritie evidenti certo morbi tempore circumdatur.

## SIGNA IN MULGENTIBUS.

Haud multo post, mulgentium in manibus maculæ inflammatæ videntur, præsertim si vulnusculum ullum sit, vel cuticula abradatur. Hæc, vesicæ ustionis speciem ferentes cito ad suppurationem proveniunt, quæ distinctionis causa vaccina fortuita dicitur; harum pustularum color lividus vel cæruleus, forma circulæ, et in medio depresso ab aliis morbis quibus a vaccis lactarii afficiuntur, distinguunt. Pustulæ primo saniem tenuem, pellucidam continent, sed postea subnigra fit; post unum vel alterum diem axillarum inflammatio succedit, tunc pulsus celer,

ler, rigores cum sensu lassitudinis, dorfi et lumborum dolores, et nonnunquam delirium occurunt; quæ totius systematis affectionem indicant. Hæc symptomata per duos vel tres dies perstant, nunc mitiora, nunc graviora; morbus autem nunquam lethalis evadit, et relictis ulceribus antea descriptis sine periculo finitur. Effectus tamen vaccinæ insitivæ multo mitiores sunt, quod a pustularum numero pendeat; illud enim multis corporis partibus applicatum, multis igitur pustulis comitatur; hoc, unica fere parte insita, unam tantum pustulam profert.

## MODUS VIRES VACCINÆ SERVANDI.

A sexto ad decimum morbi diem materies pustulæ maximis viribus pollere videtur, si progressus ejus regularis fuisset; et eo tempore ad usum certius valet, quamquam serius et ocyus cum successu usitata fuit; quod ego periclitari nollem, ne initio morbi pustula aperta vel alias læsa;

læsa, ulteriorem ejus progressum impediret, vel  
versus finem, tabi vires imminuantur. Pun-  
ctura, tempore dicto in pustulam facta, latex  
pellucidus evadit, quod tamen observandum est,  
pustula in cellulas discretas dividitur, mali aurei  
non nihil speciem ferentes, quamobrem plures  
puncturas ad laticem totum evacuandum facere  
necessarium est. Hic latex ad infisionem valet,  
si illico usurpetur vel in usum servetur. Ad vac-  
cinam servandam alii aliis modis utuntur. In  
scalpelli acie, dum intra paucas horas utatur, satis  
tuto servari potest. Latex paululum aëre sicca-  
tus, intra duas laminas vitreas cum parte vesicæ  
madidæ obductas satis certo servatur, et per ta-  
bularium ad omnes partes commode mittitur;  
ita post tres menses vires ejus servatae fuerant.  
Hic modus in Edinensi nosocomio ad vaccinam  
usitator est. Modus alias tabem servandi, phia-  
la obturamento longo vitreo interclusa, parte in-  
feriore intra phialam in quadras divisa a plurimis  
laudatur: necessarium semper est laticem siccari,  
quo diutius vires ejus a decompositione serven-  
tur.

tur. Nonnulli calamo, nonnulli filo utuntur, nec magni momenti videtur quomodo, dummodo ab aëre materies servetur. Crusta a latice vesiculæ inoculatæ formata a Domino Bryce summis cum laudibus effertur, nec immerito ut opinor, latex enim paulatim siccatus, non tantum vires habere, sed etiam eo diutius servari videtur.

## MODUS ET PROGRESSUS INSITIONIS.

Scalpellum materiæ vaccinæ imbutum intra cuticulam descendat, non ut cutis vera multum laceretur, ne fluxus inde sanguinis totam labem a vulnere abluat, sed ut certo pars tabi intra cuticulam maneat. Ad hoc efficiendum Dr. Woodville monet, scalpellum situ perpendiculari tenendum; ut tabes sua gravitate in vulturculum ineat; sed melius ut opinor Dominus Bryce, tabem arescentem et glutinosam factam, aciculo, ad scalPELLi aciem teneri, et in vulnu-  
sculi

sculi latera primendo, materiem ex scalpello extergere, et postea vulnus aëri objici suadet; non nunquam duas infitiones quo certius effectus, quod fere semper suadendum est; facere convenit, si hoc fiat, spatium circiter pollicis cum femisse eas interesse necessarium est, ne pustulæ duæ coeuntes ulcus molestum fiant. Stadia diversa morbi bene signantur, et progressus ejus notis fere vicibus occurrit. Tertiam circiter ab infitione diem, ad puncturam inflammatio incipit, quæ durior fit, et cum tumore circulari supra cuticulam crescit; circiter diem sextum pustula in medio deprecta, ubi crusta formari incipit, cum margine elevato fluidum continente videtur, quæ ad diem decimum crescit, et cum lata circulari margine inflammata, areola dicta, circumdatur. Systematis affectiones si ullæ, circiter diem nonum apparent, fere dolori ad pustulam et axillam succedentes, cum cephalalgia et aliis febriculæ signis, ultiro post paucas horas discessuræ. Raro tamen systematis affectiones percipiuntur, præfertim ubi infantes, quod sæ-

pius accidit, tractantur, et igitur signis pustulæ solis de morbi antivariolofo effectu censendum est; post diem decimum pustula arescere incipit, inflammatio paulatim subsidet, et crustula in colorem subfuscum mutatur, quæ intra dies decem vel tredecim, parte fana relicta, decidit. Pustulæ progressus usitatus nunc descriptus est, sed hæc signa non semper quanquam fere certis diebus occurunt, aliquando enim ad quartum vel quintum diem infestationis inflammatio non incipit, et igitur, ad septimum vel octavum diem, speciem sibi propriam, scilicet marginem elevatum, et centrum depresso, pustula non præ se fert, ideoque stadia succedentia unum vel alterum diem solito tardiora fiunt; tamen si pustulæ forma et structura ut supra descripta sint, (nisi citissime ad suppurationem pergit,) vires antivariolos possidere non dubitandum.

Lenitas morbi usitata non distinctionem in variolis forsan sine causa desideratam, scilicet tabem salubrem vel insalubrem postulare vide-  
tur;

tur; nihilominus a fano homine et nullo morbo hæreditario exposito, tabem auferri suadetrem. Magni momenti est, tabem a vacca sumptam genuinam vaccinam esse, alias multi in errorem et fidem salutis periculosam inducentur; omnis enim materies acris intra cuticulam insita, inflammationem fere excitare valet, et pustulæ veræ vaccinæ nonnihil similes a tali irritatione excitentur. Indicia veræ vaccinæ antea descripta sunt; sed vires specificæ tempore, vel aliis modis perdantur; quando post infisionem nulla pustula apparet, sed tantum proclivitas lenis ad inflammationem occurrit, pro certo morbi defectum habemus; quandocunque pustula citius progrediatur vel punctura post secundum vel tertium diem multum tumet, morbi defectus quoque indicium est; etiam ubi infisionis progressus primo regularis, versus diem sextum ulcerationis, potius quam pustulæ speciem fert, vota frustrata esse patet; in hujusmodi varietibus experientia præfertim necessaria est de morbi effectu necne, judicare. Indicium a Do-

mino

mino Bryce vulgatum hic recensere liceat: ad sextum infisionis diem si pustulæ progressus regularis fuisset, et areola circiter diem septimum formari incipisset, vaccina in alia brachii parte inferatur; hujus infisionis pustula, si ad maturationem properet, et per stadia diversa eodem fere tempore cum priore, progrediatur, vaccinæ effectus signum certissimum est; pustula enim posterior quinque dies citius maturat, quam si prioris effectus abfuissent. Si tamen primæ pustulæ progressus solito tardior sit, infitio secunda pariter dirigatur, et fiat, horis triginta sex, vel totos duos dies, antequam primæ infisionis areola sese manifestavit: hoc indicium tam facile assequendum, mea quoque experientia commendare valeo. Non hic tamen denegandum, quod cuique, qui multum et ad variolas, et vaccinam, attendere solet bene notum est, vaccinæ infisionem æque ac variolarum nonnunquam frustrari; de hoc omnes certiores fieri necesse est; ne semel frustratum tæderet infisionem iterandi.

DIAGNO-

## DIAGNOSIS.

Vaccinæ pustula circularis, margines progressu elevatæ, concava superficies, nec unquam fluido distenta, a variolis fatis dignoscit; contra variolarum pustula, ad infestionem fere irregularis est, et nonnunquam acervo pustularum juncta formam quasi confluentis induit, et spatium majus vaccinæ pustula tenet; fluidum *illius* in pus convertitur, latex vero *bujus* limpidus per totum morbi decursum manet, et tandem in crustam subfuscā definit; pustulæ, strūctura, forma et progressus, nunquam in sphæroidalem figuram crescens, fatis ab omnibus aliis morbis pustularibus dijudicant; præterea plures pustulæ nunquam in vaccina apparent, quam infestiones factæ sint. In variolis contra, pustulas, multis milibus, numerum infestionum excedere bene notum est.

Beneficia

*Beneficia vaccinæ præ variolis insitis.* Ambo, vires antivariolosas possidere, nunc satis superque confirmato, operæ prætium est, utrum anteponen-dum perspicere. Nullus medicus, qui multum ad variolas attendere solet, ignorat, scrophu-losas affectiones, haud multo post, succedisse; et igitur non dubitandum est, *illum, hunc* morbum saepe excitare; nec tantum scrophulæ sed etiam aliorum morborum fundamentum jacere. De Phthisi pulmonali, morbo frequentissimo, et no-stris regionibus quam maxime lethali, hoc præ-fertim patet. Post vaccinam nulla alterutri morbo proclivitas perspecta est; nec propter le-nitatem ejus metuenda est. Variolarum con-tagium, nativarum, vel insitarum, omnibus tam terribile est, ut non solum a domo infecta sed e-tiam a vicinitate ejus, adhuc incolumes amo-vere opus est. Post diversa experimenta variis modis, in plurimis tentata, tantum contactu in-tra cuticulam, vel ad cuticulam ubi mem-branum illud delicatissimum est, (ut in labiis, paribus, &c. &c.) vaccina adhiberi potest;

quanta

quanta inde iis utilitas, quorum multi extant, qui propter hallucinatas religionis notiones, nec vaccinam nec variolas per infisionem suis liberis concedent, quorum vitæ adhuc, tantis periculis expositæ sunt introductione etiam ad ostia morbi maxime contagiosi et lethalis, quocum gens humana afficitur ?

Variolæ infitæ, de inoculati temperie et anni tempore, quam maxima cura adhibita, non tantum periculo sed frequenter etiam morti obnoxiae sunt, et si æger recuperat saepe cum foveolis, in cute obductus nulli ob deformitatem ignotis. In vaccina tantum opus est vaccinam genuinam esse, et nullum periculum a tempore anni, vitæ, vel hominis temperie, oriri videtur ; attamen de tempore, proclivitatis ad alios morbos ut dentitionis, cavendum est, ne mors ab hoc, illi, immerito tribueretur. Si tamen variolæ in vicinitate graffarent et ideo periculum contagionis ; illico vaccinæ infisionem suaderem. In variolis insitis inflammatio faciei et

ocu-

oculorum frequenter tanta est, ut hi occlusi, per plurimos dies defixi maneant, et effectus saepe adeo molesti; ut æger uno aut altero oculo captus evadat, vel visus adeo læsus ut post longam et molestam curam macula obductus sit, quæ ægrum deformem reddit, et luce una ex Dei maximis beneficiis privat. Inter plurimos vaccina affectos nunquam tantum malum apparuit, nec oculi, nec aliis corporis partis injuria ab ea unquam excitata fuit; præterea, si universæ fere variolarum infisioni, intra triginta annos et amplius, tantum populi incrementum tribuendum est, quanquam ad minimum unus ex quingentis, mortuus est; et si a contagione morbus ortus fuisset (quod saepissime acciderit, contagione variolarum infitione alita,) quinto vel ad ultimum sexto cuique lethalis fuit, quanto majus populi incrementum a vaccina sperandum est certe non contagiosa, et cujus solo effectu ex ducentis circiter millibus a variolarum vi servatis nullus morti occubuit, quod omnino fere periculo cavere argumentum est.

*Prognosis*

PROGNOSIS tam fausta ut omnino periculo carere videatur ; ne unus quidem e viginti milibus, vaccinæ infitione adhuc in vitæ discrimen adductus est !!

## DE ORIGINE VACCINÆ.

Inter auctores qui de vaccina scripferunt, multum de ejus origine discrepat. Jennerus, qui accuratissime omnia de hac observavit a morbo calcium equorum (anglice *grease*) oriri putat. Post enim, curam equorum, opinatur saniem calcium, uberibus vaccarum applicatam, pustulas quod vaccina est, excitare. Ad hoc confirmandum, ab ipso Jennero et aliis multa argumenta adducuntur. Ex iis tempus anni (ver) ambo bus fere commune ; frequentior morbi adortus ubi cura boum et quoque equorum, viris tantum committitur, et res bene cognita, eos qui curam equis in hoc morbo adhibent, saepe inde ulceribus pravis affici. Hæc opinio de mor-

bi ab equo ad vaccam transitu valet in iis locis  
ubi morbus diutissime notus est. His addenda,  
experimenta Doctoris Loy ex Aislaby versus  
finem 1802 publicata. Hic antea saepe frustratus,  
circa decimum quartum diem post morbi  
(grease) adortum, et septimum postquam latex  
apparuit, tabem solito limpidiorem, uberi vaccæ  
infitam, vaccinam excitare invenit; etiam ex  
equo homini infitam, a viribus variolarum hunc  
servare credebat; sed hoc non Jenneri experi-  
mentis consentaneum videtur; narrat enim de  
fabro ferrario, qui hoc morbo ab equi calce  
cum systematis affectione et ægritudine labo-  
rabat, sed tamen a viribus variolarum non ab  
eo servatus est. Ipse quoque vidi hominem qui  
talia ulcera a calcibus equi accepit, et intra an-  
num tamen ex variolis mortuus est. Argumenta  
sequentia ab adversis priori opinioni proferuntur.  
Vaccinam in nonnullis Hiberniæ locis compertum  
esse, ubi vaccæ fæminis fere solis mulgentur, et  
cura equorum tantum viris committitur; peri-  
cula a multis aliis instituta, tabe e calce equina  
deprompta;

deprompta, vaccinam inducere (Doctore Loy excepto) frustra tentata sunt, et hinc in experimentis hallucinari suspicarer, qui æque vim anti-variolosam, tabi ex equi calce, ac postquam per vaccam transiit, tribuit. Præterea si a morbo (grease) originem traxisset, certe inter equos, præsertim hieme et vere fatis frequenti, vaccina frequentior inter vaccas foret, cui contrarium omnibus notum est. A Doctore Pearson, morbus in prædio detectus est, ubi nec materies e calcibus equinis applicata fuit, nulli enim equi in prædio habitabant, nec ab aliis vaccis, nulla enim vacca isto morbo laborans in prædium admissa est. Hujus morbi originem noscere, physiologo gratissimum foret, quæ fortasse, posteris patebit. Melius autem nunc judico de ejus origine ignorantiam fateri, quam dubiæ et forsan ignotæ causæ tribuere, dum adhuc sub judice lis est; et si origo ejus in æternum inter naturæ arcana recondita maneat, effectus, tamen non eo minus omnibus utiles erunt.

## MODUS MEDENDI.

Quanquam vaccina insita morbus jure, levissimus habendus est, (si revera morbi nomen mereatur,) nihilominus medicorum attentionem præsertim mereri opinor, qui varia stadia ejus observando eo certius de ejus effectu antivariolofo, judicarint. Pyrexiae lenis signa; ab octavo ad undecimum diem nonnunquam occurunt, quæ raro remedium postulant; si quando gravior fuerit, lenis catharticus vel diaphoreticus, pro re nata admittendus est; nec ulla remedia præparantia necessaria videntur. Si ante areolam formatam, pustula læsa (de quo quam maxima cura cavendum est) et latex effluat; astringentium applicatio, ut aquæ puræ acetite plumbi committæ lintiolis adhibeatur. Versus finem morbi, pustula

ftula quanquam rarissime, in ulcus fanatu difficile definit, cui nil utilius applicandum videtur, quam cataplasma emolliens. Postea pauxillum unguenti saturnini vel simplicis cum parte duodecima hydrargyri nitrati rubri admistum ad ulcus fanandum fere valebit. Nonnulli acidum sulphuricum ad pustulam adhibitam plurimum laudarunt, sed propter mobilitatem infantum qui hoc morbo frequentius tractantur, nil tam acre suadere vellem; et, ut, in infantibus præ aliis tanta irritabilitas est, per totum morbi decursum acriora medicamenta caute evitanda esse censeo.

## ABNORMIA.

Papillarum minimarum eruptio in brachio inoculato nonnunquam prorumpit, quod irritationi ab infitione, haud inepte tribuitur. Sed varietas majoris momenti a Doctore Woodville de-

describitur, in qua pustulæ per totum corpus erumpunt, quas postea ab atmosphæra variolata oriri putavit; quandocunque post vaccinæ infestationem pustulæ per corporis varias partes sparsæ fuerint, a variolis ortas esse non dubitandum, priusquam vaccina eo progressa est ut vires antivariolas possideret; cum tale acciderit, pustula tamen vaccinæ formam usitatam induit, et variolæ leniores evadere dicuntur. Nonnunquam latex ex pustula recepta per digitos, aut aliâs ulli corporis parti ubi cuticula levis, vel tota abradatur, applicata, pustulam inducit, quod præfertim naribus, palpebris, labiisve, acciderit; attamen a causa evidente proveniens, nullum argumentum est in vaccina plures pustulas oriri.

TESTI-

TESTIMONIA ANTIVARIOLOSI, EFFEC-  
TUS VACCINÆ PER VITAM.

Effectus antivariolosi, vaccinæ per vitam quanquam nunc probare supervacaneum videatur, non abs re erit unum vel alterum documentum memorare, quia nonnulli pro tempore tantum servaturam esse credebant. *Doctor Jenner* frustra variolis afficere tentabat nonnullos, annis viginti quinque, nonnullos annis viginti septem, alios annis triginta et amplius, et unum etiam, quinquaginta annis, postquam vaccinam perpeſſi sunt. Dominus Ferriar, duos variolis afficere conatus est, plurimis annis postquam vaccina affecti sunt; his addenda, omnes, qui intra quinque nunc annos vaccina infici sunt; ad unum enim, variolis resistere posunt.

Hac

Hac dissertatione nunc ad finem perducta,  
duo, mihi videntur, quæ vaccinæ beneficia  
mundo æterna servarent, *imo*, Omnes per or-  
bem rem medicam facientes, et *divites* et *pau-  
peres*, qui concederent, vaccina gratuito afficere.  
*2do*, Lex senatus nostri, et aliarum quoque  
gentium; nullum in futurum variolis affici; ne  
variolæ eo modo foveantur. His factis, spe-  
randum foret, Variolas Pestem omnium fere  
gentium a terris cito dirutas, et nomine tantum  
posterioris notas fore.

F I N I S.

